UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Licentiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

na, ſub pœna priuationis dignitatum, officiorum vocis actiuæ, & paſſiuæ, facultatis concionandi, publicè legendi, ipſo facto, & alijs pœnis. *Congr. S. Officij 1625. apud Lezanam in ſumm. quæſt. Regul. cap. 9. num. 24.*

Libri impreſſi contra dictum Decretum ſunt prohibiti, *ibid.*

Impreſſores puniantur amiſſione librorũ, & alijs pœnis. *ibid.*

Licentiæ.

1 LIcentia laborandi die feſto à ſolo Epiſcopo concedi debet: iudex tamen laicus poteſt procedere contra nõ habentes licentiam. Congreg. Epiſcop. 21. Auguſti 1615.

2 Et gratis debet dari eadem 15. Iunij 1619.

3 Licentiæ diſcedendi, audiendi confeſſiones, concionandi, & miniſtrandi Sacramenta dentur gratis. eadem 16. Iulij 1592.

4 Licẽtia quæritandi eleemoſynas à Regularibus mendicantibus in ipſamet monaſteriorum ædificatione, ſeu erectione data cenſetur. eadem 6. Octobris 1597.

5 A laici non poteſt concedi pro quæſtu eleemoſynarum. eadem 8. Nouembris 1619.

6 Licentia alloquendi Moniales Regularibus ſubiectas dari debet laicis in ſcriptis ab Epiſcopo, & ſuperiore Monialium coniunctim. ead. 15. Ianuarij 1616. *& alias ſæpius.*

7 Idem fiat in Diœceſi à Vicario deputando; ſed eo caſu ſuperior Regularis priori loco ſubſcribat. eadem. 7. Martij 1617.

8 Idem ſeruetur in licentijs ingrediendi monaſteria Monialium, exceptis repentinis caſibus, in quibus ſufficit alterutrius ſubſcriptio. eadem *ibid.*

9 Edicta pro huiuſmodi licentijs ab Epiſcopo tantum ſubſcribantur, & publicentur. eadem *ibid.*

V. Feſti dies. num. 45. 46. 47.

Limina Apoſtolorum.

1 OMnes Epiſcopi tenentur viſitare limina Apoſtolorum, & de ſtatu Eccleſiarum rationem reddere. Sixt. V. Anno 1585.

2 Per ſe, vel per nuncium, ſi legitimè ſint impediti. *ibidem.*

3 Nuncius autem debet eſſe certus cum mandato ſpeciali de gremio Capitulorum Epiſcopi, aut indignitate conſtitutus, ſeu Perſonatum habens; & his deficientibus, ſit ſacerdos Diœceſanus; & Clero deficiente, aliquis presbyter, etiam Regularis, ſpectatæ probitatis, & religionis. *ibid.*

4 Itali, & alij ex inſulis adiacentibus tertio quoque anno: alij remotiores quarto; quinto, vel decimo, pro regionum varietate. *ibid.*

5 Annus incipit à tempore ſuſcepti muneris conſecrationis, vel pallij traditionis, vel tranſlationis. *ibid.*

6 Pœna imponitur ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, & ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium, & à fructuum perceptione; & eſt reſeruata Papæ. *ibidem.*

7 Excuſatio de non veniendo Romam, debet probari legitimè coram primo Diacono Cardinali. *ibidem.*

Si ad curiam profectus Epiſcopus Papam non viſitet, ab eoque non obtenta licentia diſcedat, incidit in excommunicationem. Vgol. *de pot. Ep. cap. 2. §. 2. num. 5.*

V. Subſidium caritatiuum. num. 6.
Synodus num. 7.

ADDITIO.

1 EPiſcopi in partibus infidelium reſidentes, ſi viſitent per procuratorem in curia reſidentem, ſatisfaciunt conſtitutioni Sixti V. *S. Congr. de propagan. fide. 28. Iulij 1626.*

2 Coadiutor Epiſcopi non tenetur viſitare, ſed coadiutus. *Congreg. conc. 4. Auguſt. 1609. apud Barboſ. de iure Eccl. l. 3. cap. 10. num. 45.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN